

Bernhard Barnstorff

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Bernhardus Barnstorff Med.  
D. P. P. & Poliater ad Exequias, Quas ... Viro-luveni Dn. Conrad Ludovico Runge/  
L. L. Studioso Moestissima eius Mater Vidua, absens licet, hodie paratas cupit,  
Omnes Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1696]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777422409>

Druck Freier  Zugang




Barnstorff, B.,  
in  
**Conr. Lud. Runge.**  
Rost.(1696.)

20.







PROGRAMMA

2<sup>VO</sup>

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

BERNHARDUS

BARNSTORFF

Med. D. P. P. & Poliater

ad Exeqvias,

*Quas*

*Pranobili, Praestantissimo atqve Literatissimo*

VIRO-JUVENI

D<sup>N</sup>. CONRAD LU-  
LUDOVICO Runge/

L. L. Studiofo



*Reverendissima ejus Mater Vidua, absens licet,*

*hodie paratas cupit,*

*Omnes Omnium ordinum*

*Cives Academicos*

*Sedulò atqve officiosè invitat.*



Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII Univ. Typogr.



Vem jam iterum calamum sumo ad scribendum, non sine magno animi luctu atque mœrore sumo. Incepi à morte etiam *optimi Studiosi* ante aliquot menses programmata scribere, & ecce! cui jam sub finem Rectoratus mei parentandum est, pariter *Studiosi* nomine venit & pii quondam & diligentis. Annon ita falces Academiæ gerere convenit, ut nec principium nec finis possint esse sine luctu aliquo? Annon ea cura Academiæ esse debet velut potissima, ut quæ sunt arcana hominum fata, ad animum diligentius mittamus? Vah quam inopinati casus fuerunt ambo, quibus sic ingemiscere oportet! Magis tamen præsens insperatus fuit omnibus, quò alacrior adhuc sanguinis fluxus paulo ante in demortuo fieri æstimabatur. Prior erat jam orbatus utroq; Parente, ita tamen ut in spem futuri auxilii vivere crederetur, quò calamitatem tuam sorores adhuc solari poterant. Hic Viduæ est filius unicus, quæ non parum fiduciæ in ipso optimæ magnæque spei Homine jam ponere poterat. Adeò fluxa & inconstantia sunt, quibus hominum persuasio ferè nititur! Adeò nihilum est, à quo pendet vita hominum, qui in diem ita securè vivunt! Attonitus planè hæreo circa eam sortem hominum, quæ tot calamitatibus obnoxii sunt, & tamen ignorare illas malunt, quàm seriò ante oculos ponere. Obstupescit etiam animus timore quodam laudabili, quando eam providentiam DEI cogito, quæ finem vitæ hominibus variè fieri permittit aut ipse curat. Qui multæ frugis adhuc videbatur esse, præter opinionem abruptitur, remanentibus tamen improbis & hominibus nauci. Qui semel in vita parum defletere videtur aut ferè cogitur homo aliàs per omnes vitæ partes laudabilis, ille statim occidit atque perit, & qui jam gradum aliquem ex nequitia produxerunt, superfluis tamen relinquantur, tanquam homines aut fruges consumere nati aut aliis molesti. Verùm ita mirabilis DEUS est & infinitæ sapientiæ, ut omnia tamen in bonum dirigat. Neque enim piis hîc quicquam detrimento esse, neque impiis ita omnia ad voluntatem fluere permittit, quin obicem tandem ponat, terminum præstituat, modum rei circumscribat. Atque tam bonus DEUS est, tamque amabilis, hominum Pater,

ut

ut, quò impii exemplum habeant, unde ad sanio-rem mentem redeant, pios interire hic sinat, etiam ubi aberrare nonnunquam videntur. Neque tamen ita eos abicit aut deserit, ut, licet sensibus planè sint obruti, CHRISTI sanguis non meliora amplius pro ipsis loquatur. Quis damnasset illum juvenem, qui, cum Paulus verba fidei faceret, super- né somno obrutus in mortem decidebat, si ita in morte permanisset Act. XX. 10? Auscultare quidem debuisset, sed quis ita sensibus semper est compolitis, ut ne in minimis quidem deficeret? Aut quis crederet à facie DEI planè esse rejectos Aaronis filios, qui, dum ignem pe- regrinum sacris afferbant, ipsis flammis cœlestibus citissime absume- bantur Levit. X. 1sq? Respexerit etiam à tergò Lothi uxor, conversa sic è vestigio in statuam salis, non tamen de salute ejus statim desperan- dum est. Vah! quanta est infirmitas humana, quæ non satis ad omnes sibi casus cauta esse potest, dum errare proprium jam est naturæ no- stræ. Neque DEUS hic videtur aut creditur ultra paternam castigatio- nem progredi, quâ ut exemplum capiant alii, tam inopinanter pios, etiam in errore quodam, vitæ subducit. Respicienda utique hic est vita laudabiliter antè ex fide in JESUM CHRISTUM acta. Hæc mensura esto optimæ spei nostræ, quam de salute ex vita ita decedentium firmiter concipimus. Hæc DEUM intuetur tanquam Patrem infinitæ mise- ricordiæ in JESU CHRISTO, qui præter voluntatem plenam in vitæ genere errantes non ita à se removet, ut misericordiâ eorum sub finem vitæ non moveatur. Applicemus jam huc illud Pauli 2. Timoth. II. 13. *Si nos infideles sumus, DEUS fidelis manet: Se ipsum negare nequit.* Sint sensus exteriores turbati aut planè amplius nulli propter vehe- mentiam admissi mali! Anima tamen liberior esse potest non ita sen- sibus corporeis alligata, ut ab eorum officio tantum cogitationes suas suspendere opus habeat. Recessus habet anima planè abditos, quibus se virtute DEI explicare potest ad implorationem divinæ gratiæ in sangui- ne JESU CHRISTI, sensibus etiam externis planè cessantibus aut tumultuantibus. Quantum operatur anima in nobis etiam per somnum, aut in apoplexiâ, quàm sollicita de se nonnunquam ibi est per gratiam DEI, quantum deprecatur veniam, ministeriò tamen sensuum prorsus quie- scente aut aberrante. Amor itaque quemadmodum de omnibus bene sperare jubet, ita etiam hic habet, unde benignius de mortuis antè piis sentiendum. Interim qui superstites adhuc sumus, quantâ circum-



speciōne, quod est reliquum vitæ, non agendum nobis existimabimus. Quid enim est vita? Radius est textoris, celerrimè eò recurrens, unde emissus. Filum est, quod dum producitur, etiam abruptitur. Bulla est, quæ aëre incluso efformata, ludit aliquamdiu, sed jamjam evanescens.

*Vah! fundamentum vite sunt ventus & umbra,*

*Res sanè vana: Quid levitate minus?*

*Fingas hic quicquid, resonabit vocola fingis!*

*Ventus non formas, umbra nec efferefert.*

*Et facies vite, mirum! modo nupta videtur,*

*Ut lateat, quid sit vita probanda Tibi.*

*Spectas, sed spectas, non est, quod dicere possis.*

*Nam præsens refugit, non capiendo modum.*

*Per cunctas equidem vocales vita pererrat,*

*Consonat ast mortis vox peritura malè.*

Hæc est facies rerum nostrarum, neque tamen in ipsa vanitate cristas tollere aut delicias quærere, aut nescio quas tandem res novas moliri venturum homines atque desistunt; augetque sanè vanitatem nostram mirum in modum, quod neque intelligere aut velimus aut quæamus, quàm miserabilis & quanto periculo expositus sit status vitæ nostræ. Quare verò id? Vah! nimium mundo adhæremus, resque nostras in eo plus quàm æquum est, ampliare studemus; & quo propiores sumus mundo, eò longius distamus à DEO & à veritate, magis sic inutiles futuri ad omnem bonitatem mentis. *Si quis enim mundum amat,* inquit Joh. II. 15. seqq. penes eum non est amor Patris. Nam quicquid in mundo est &c. Mundus itaque & qui mundani sunt, non possunt se ad eam cogitationem mentis recipere, quæ serio contra sentirent, ac quæ Mundus intra se sentit. Sicque vanitas apud homines subinde majus sui incrementum capit. Reliquum ergo est, ut DEI opem imploremus ad intelligentiam etiam nostræ vanitatis. Et quæso quàm suppliciter, quàm sollicitè hic Moses coram Deo loquitur, ut de sua omniumque salute debebat, *Pf. XC. 13. Numerare,* inquit, dies nostros sic sic sicut: *Et cor sapiens afferemus.* Bene hic Lutherus: *Lehre uns bedenken/ daß wir sterben müssen / auff daß wir Flug werden.* Numerus utique inest diebus nostris admodum facilis & brevis. Et quòd etiam citius hic esse desinamus, vah! quantum ingluvie, quantum rerum, ciborum & vitiorum varietate, quantum etiam vanis curis

curis, aut superbiâ nostrâ, aut inclarescendi studio simul ad id confertur.  
 Effecerant ipsi Israëlita, cum DEO tam rebelles fuissent,  
 nolentes terram Canaan contra tot hostes occupare Num. XIV, ut  
 in deserto vagari tamqve brevis vitæ esse cogentur. Jam vix assurge-  
 bant ad septuaginta, aut quod magnum erat, octoginta annos, variis  
 interim molestiis, variis vitæ laboribus in deserto obnoxii. Non  
 ergo res difficultatis esse videtur, tam brevem dierum nostrarum decur-  
 sum ad numerum aliquem revocare. Et tamen ita vani sumus, ut ne  
 id quidem præstare viribus nostris sit relictum. O DEUS Pater fac nos  
 scire, numerare dies nostros Numeramus nos aliàs multum, quæ ad  
 sapientiam mundi & commoditatem vitæ pertinent: numeramus et-  
 iam admodum confidenter non quot dies sed quot annos adhuc nobis  
 reliquos esse posse credimus. Sed parum cogitamus de tam subito im-  
 minente nobis termino. Tu verò Pater omnis sapientiæ & misericor-  
 diæ illumina animum, ut intelligamus, quis finis & quæ sit mensura  
 dierum nostrarum. Voluntatem intelligendi jam dedisti, fac etiam ut  
 plenius sciamus, quam desinentes simus. Conf. Pl 39. 6. Si ita dierum  
 nostrarum numerum per omnem vitam sapienter inire disceremus, quan-  
 tus sapientiæ, quantum virtutum cumulus rebus nostris accederet.  
 Quemadmodum enim à primis infantie annis non prius intelligere  
 discimus, quam ubi horas diei & dies ipsos numerare incipimus; ita  
 non ad sapientiam veram prius pervenimus, quam ubi numerum die-  
 rum nostrarum bene apud animum colligimus. Inde jam progressus  
 patet ad omnem vitæ sobrietatem atque prudentiam. Certè qui bene nu-  
 merant, eos accuratè attendere oportet, ne, dum facilis est erran-  
 di via, numerum corrumpant, omnemqve operam suam frustrentur.  
 Nihil enim in errore actum est, nihil demonstrari potest. Ita qui bene  
 jam numerant hic dies suos, *ἀκριβῶς* h. e. circumspectè admodum per  
 vitam incedere conantur Eph. v. 15. Non ita timorem DEI animo abjici-  
 unt, non supercilia attollunt, non ita licenter in omnem libidinem effusi  
 sunt, aut vanæ gloriæ cupidi, sed mores suos componunt ad omnem  
 sapientiam tanquam homines DEO viventes. Paucis: Sicut per fidem  
 in JESUM CHRISTUM DEUM agnoscunt, ita charitas etiam, quæ  
 ex fide statim fluit, in ipsis ex toto animo bona est atqve humana, non  
 irascitur, non querit, quæ sua sunt, non intumescit, sed in melio-  
 rem partem omnia interpretatur, non latatur in justitiâ, sed gaudet ve-  
 rita-

ritate, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, neque perperam  
agens, neque unquam deficiens. Cor. XIII. 4. seqq. Ita demum cor  
sapiens ex parte repræsentamus, ita DEO meliorem vivendi rationem,  
quam in nobis effecit ipse, afferimus. Sed quo digredior? red eo jam  
ad defunctum nostrum, unde me contemplatio fragilitatis humanæ  
velut in diversum, ad nos tamen, vires aliquantulum voluit. Lucem  
aspexit ille Berolini, A. 1676 d. 26 Nov. natus parentibus sancto optimis atq;  
honestissimis, quorum nomen apud Berlineses planè non obscurum est.  
Patrem nactus est *Virum Spectatissimum atque Doctissimum Dn. CHRIS-*  
*STOPHORUM RUNGE*, Typographum apud Berlineses nominatissi-  
mum, multaq; dignitate valentem; Matrem feminam nobilem, atq; vir-  
tutibus suis insigniter præstantem, *MARIAM CATHARINAM THE-*  
*SENDORFINN*, *B. Dn. M. Petri THESENDORFII*, *Pastoris* quondam  
primislaviensis in Ukermarchiâ ad ædem D. Nicolai meritisissimi, relictam  
filiam. Illum jam amisit, cum adhuc puer esset. Hanc verò hæcenus per Dei  
gratiam habuit superstitem, feminam sanè egregiè laudabilem, Viduam  
tamen adhuc, quæ tam miserabili clade hujus Filii unici tam boni  
tamque dilecti ita jam fracta est, ut vix consolationis patiens esse vi-  
deatur. Adscripsissem etiam nomina & dignitates Majorum alio-  
rumque, qui eius sive sanguini sive affinitati conjuncti sunt, si Gene-  
alogia eius nobis fuisset Berolino missa, aut aliunde constaret. Jam dum  
tristissima Mater sive aliter de consuetudine nostrâ exequiali informata  
sive præ mœrore parum sibi constans, nihil huius rei nobiscum com-  
municavit, ea tantum, quæ ex bonis Viris accepimus, hic memoriæ  
tradere oportet. Quàm sollicitè Mater Optima eius curam à pueris habue-  
rit, ut in pietate omniq; laudis genere adolesceret atq; proficeret, testan-  
tur omnes illi, quibus eius vita à pueris Berolini nota perspectaq; fuit.  
Producamus jam in medium Virum Clarissimum atq; optimæ fidei  
Testem DN. *GEORGILM FELLER*, *Gymnasi Berlin. Sub-Con-*  
*Rectorem merentissimum, Fautorem atq; Amicum meum honoratissimum;*  
Ita verò ille in literis huc missis: Unser Herr RECTOR (Vir est ille  
Magni Nominis, & Polyhistor inexhaustæ diligentia DN. M. Gott-  
fried Weber) konte ohn Berrübnis es nicht hören/ sondern müste aus Mit-  
leiden Thränen vergießen. Ein jeder der von diesem Fall höret, und Ihn zu-  
vor gekennet/ kan Ihn nicht unbeklagt lassen/ weil Er aus vielen Dingen  
verspühren lassen/ wie ER von so guter Hoffnung wäre. Was wird nun  
das

das Mütterliche Herze (hunn) als deren einhige Seute und Süße er war.  
Berolino deinde Strelizium concessit Anno 1692. d. 12. Julii, ac Matris  
Fratrem uterinum, Virum *Plurimum Reverendum atque Clarissimum*  
DN. M. MATTHIAM ERASMUM Rohsteiff / Praepositum ibi-  
dem per multos jam annos de Ecclesia CHRISTI egregie merentem, eo  
quidem animo, ut humanitatis studia non sine laude ibidem ex DN. A-  
vunculi praeceptis persequeretur, excoleret atque perficeret. Moratus  
etiam ibidem est fere per triennium, moresque suos omnibus probatos  
laudabiliter commendavit pariter & confirmavit. Huc tandem An.  
1695. d. 23. April. delatus tanquam ad mercaturam omnium bonarum  
literarum, ita placide, ita piè, moderatèque se gessit, ut fides, integri-  
tas aequalis atque animi ejus omnibus bonis non parum probata fuerit.  
Non abdomini inserviens spurcissimus helluo fuit, non dissolutè, non  
intemperanter aut nequiter vitam in Academiâ traduxit: Verùm eam  
rationem vitæ & studiorum habuit, ut non esset sine laude & gratiâ apud  
omnes. Provoco jam ad testimonium omnium: Et quò rei major fides  
habeatur, loquatur etiam Vir ille, cum quo familiariter conversari con-  
suevit. Ita autem pariter iste: Ego, qui hæc scribo, ingenuè fateri  
possum, me elegantibus jam Defuncti moribus tamque promptis ad  
omnem pietatem studiis mirificè captum fuisse. Ex quò enim mi-  
hi innotuit ille, eam vitæ significationem semper fecit, quâ pro-  
bitas ingenii etiam cum studio benè vivendi certare videbatur, quâ-  
que spes Hominis in magnum vitæ usum aliquando insigniter futuri  
elucebat quàm optimè. Miror adhuc judicii, quò valebat, acumen, mi-  
ror vocis gravitatem, quâ non procudebat linguam, præcipitando  
sermonem, sed illuminatè velut per moram quandam explicabat, quæ  
esset animæ vis ad prudentiam: Miror etiam diligentiam bonumque  
propositum, quò studia urgebat sua, quòque ad omnem virtutis laudem  
nitebatur propensissimè. Verùm in tanto probitatis cursu quam matu-  
rè, quàm citò hic omnium expectatio velut jam elusa esse videtur. Cum  
ultra dimidiam ferè horam ad septimam vespertinam inclinantem die  
17. April. mecum protraxisset sermonem de laudabili, quò uti vellet sem-  
per vitæ propositò, ecce! in eam calamitatem incidit, quâ præter opi-  
nionem omnem velut in errorem abductus, finem vitæ suæ sequenti die  
fecit sub horam ferè septimam matutinam omnibus tristissimum. Mi-  
gravit sic ad Dominum, qui Spiritum dedit, & coram quò omnes o-  
mnium


animum hominum spiritus comparere debent Eccl. XII. 7 Excefferit in excessu quodam sive Corporis sive animi! Quis tamen illos gemitus ipsi adimere velit, qui sunt ad DEUM inenarrabiles Rom. VIII. 26. Misericors DOMINUS est, qui ipsum Filium pro nobis in mortem dedit, ut ad salutem nobis esset, via nunc semper expedita. Non loquor hic in gratiam eorum, qui petulanter omnem gratiam DEI effundunt, tanquam homines corruptis jam sensibus, vitæque omninò pessimæ. Dicor tamen pro illis, qui ex infirmitate quâdam, non animo destinato in errorem vitæ prolabantur, inque eo præter omnem opinionem morte obruuntur. Quis dixerit, gratiam hinc DEI cessare prorsus ad erigendam rursus animam? Annon jubemur nos recipere illum hominẽ admodũ humiliter, qui in lapsu quodam præoccupatus est Gal. VI. 1? Quanto majori non DEUS in eum hominem fertur propensione? Vah quàm proclive est Homini bus labi! Errores tamen præter animum quemadmodum non plene nostri esse putantur, ita nec errantes sic à spe omnis gratiæ divinæ excludunt, licet sensuum officium planè sit perturbatum. Quis Jobum, quis Jeremiam, cum ambo etiam diem suum natalem execrarentur, statim gratiã Dei id propter excidisse affirmaverit, Job. III. 3, Jerem. XX. 14. ? Infirmitatis hæc sunt peccata, quæ etiam sanctissimo cuique obvenire possunt. Nos interim, *Cives optimi*, discamus inde, quàm inconstantes simus per hanc vitam nostram, dum mortis hora quòvis momento nobis imminet. Pro disciplina & præceptis præsentem hunc casum habere possumus, ut cautius per omnem vitam agamus, timentes sic quotidie subitaneum casum. Et ne *Defuncto nostro*, qui sedatissimi optimique ingenii homo fuit, funeris pompam denegasse videamur, agite *Cives Optimi*, conveniamus jam ad exequias cohonestandas, quibus iusta fiunt homini quondam tam bono, ea quidem animi promptitudine, quã ut confluxus hominum fiat, alter ipse alterum excitare gaudeat. Postulat id à nobis afflictissima jam *Defuncti nostri* relicta Mater Vidua, quæ ut ex nostro etiam humanitatis officio aliquod solatium capiat, efficiamus quàm studiosissimè precantes insimul, ut DEUS ipse Pater Spiritu suo Sancto Matrem illam omni lætè plenissimam erigat, reficiat, recreet propter JESUM Salvatorem nostrum. Valet.

P. P. Die I. Maji. Anno M. DC. XCVI.

Sub Sigillo RECTORATUS Academici,

Conventus autem fiet in Æde Mariana.











das Mütterliche Herke (huni) als deren einzige Seute  
Berolino deinde Strelizium concessit Anno 1692. d. 11.  
Fratrem uterinum, Virum *Plurimum Reverendum* a  
DN. M. MATTHIAM ERASMUM Rohliciff /  
dem per multos jam annos de Ecclesia CHRISTI egre-  
quidem animo, ut humanitatis studia non sine laude  
vinculi præceptis persequeretur, excoleret atque per-  
etiam ibidem est fere per triennium, moresque suos  
laudabiliter commendavit pariter & confirmavit.  
1695. d. 23. April. delatus tanquam ad mercaturam or-  
literarum, ita placide, ita pie, moderatèque se gessit.  
tas æqualitæque animi ejus omnibus bonis non par-  
Non abdomini inserviens spurcissimus helluo fuit,  
intemperanter aut nequiter vitam in Academiâ tradux-  
rationem vitæ & studiorum habuit, ut non esset sine la-  
omnes. Provoco jam ad testimonium omnium: Et quod  
habeatur, loquatur etiam Vir ille, cum quo familiarit-  
suevit. Ita autem pariter iste: Ego, qui hæc scribo  
possum, me elegantibus jam Defuncti moribus tam  
omnem pietatem studiis mirificè captum fuisse.  
hi innotuit ille, eam vitæ significationem sempe-  
bitas ingenii etiam cum studio benè vivendi certare  
que spes Hominis in magnum vitæ usum aliquando  
elucebat quàm optimè. Miror adhuc judicii, quo vale-  
ror vocis gravitatem, quâ non procudebat lingua  
sermonem, sed illuminatè velut per moram quandam  
esset animæ vis ad prudentiam: Miror etiam dilige-  
propositum, quò studia urgebat sua, quòque ad omne  
nitebatur propensissimè. Verùm in tanto probitatis  
re, quàm citò hic omnium expectatio velut jam elusa e-  
ultra dimidiam ferè horam ad septimam vespertinam  
17. April. mecum protraxisset sermonem de laudabili, quod  
per vitæ propositò, ecce! in eam calamitatem incidit  
nionem omnem velut in errorem abductus, finem vita  
fecit sub horam ferè septimam matutinam omnibus tu-  
gravit sic ad Dominum, qui Spiritum dedit, & cora-

